



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CXX. Hydruntina hæreditatis. Facta substitutione sub duplici conditione mortis hæredis instituti absque filiis & ab intestato, An requiratur copulativus utriusque conditionis concursus, vel ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

idem numerus testium, qui ad novum testamentum vel ultimam voluntatem ordinandam de jure est necessarius, cum in effectu sit nova dispositio prioris revocatoria, Aut agitur de conjecturanda, seu alias declaranda ambigua testatoris voluntate, & tunc testes etiam singulares aliaque conjecturae sufficiunt, quoniam non attenduntur tanquam dispositio, sed probatio, sed tanquam adminiculum vel conjectura, ut in specie de Notario vel alio scribente testamentum, sive de Advocato illud consulente & similibus *Pedroc. conf. 2. nu. 89. cum seqq. Rovit. Pragm. 2. de Notariis num. 20. Mantie. de conject. lib. 2. tit. 1. num. 33. Simon de Pretis de interpretat. lib. 1. dubitat. 1. solut. 1. fol. 35.* & generaliter de confessatio vel alio habetur in *Catacen. heredit. 28. Maji, & 24. Novembris 1649. coram Cerro dec. 210. & 350. p. 10. rec. in Romana annua prestationis 4. Julij 1661. coram Bivilaqua impress. dec. 102. post Zuff. de legitim. process. & in alijs frequenter.*

Neque huiusmodi voluntatem a probabilitate alienam esse ponderabam, quoniam licet certum sit, maiorem supponendam esse dilectionem erga propriam filiam quam erga sororem, at tamen quia in effectu secundus testator modicum vel nihil de suo habebat, sed omnia bona erant communis patris, hinc proinde non incongruum, neque a verisimilitudine alienum esse dicebam, quod hic secundus testator paternae voluntati se accommodare volens, ita sororem potius ad propriam virilem reintegraverit, quam vocaverit.

Difficultatem tamen mihi faciebat primum motivum, quod scilicet dum primum testamentum relatum in ordine ad fideicommissum jam evanuerat per defectam conditionem, hinc proinde secunda dispositio utpote relativa ad falsum praesuppositum attendi non poterat per veritatem; Nisi diceretur quod eadem Maria ita tacite vocata esset per secundum testatorem iure novae dispositionis, ex recepta propositione, quod disponens relative ad alienum testamentum, censetur ipse disponere eo modo quo sibi continetur, perinde ac si illud de verbo ad verbum in hoc secundo insertum esset *adnotat. in l. affe. & totoss. de hereditibus instituen.* & DD. communiter de quibus *Peregr. de art. 16. numer. 114. Orthobon. dec. 97. nu. 6. & dec. 272. nu. 4. par. 10. rec. & sapius.*

In progressu autem disputationis, invento casualiter dicto isto responso, atque incertus ad cuius instantiam dederam, abstinui donec certificarer, pro quo respondi, ideoque incertus est causae exitus.

## HYDRVNTINA

### HÆREDITATIS

PRO

FRATRIBVS ERINÆ

ET

OLIMPIA N.

*Responsum pro veritate*

Facta substitutione sub duplici conditione mortis hæredis instituti absque

filij & ab intestato, An requiratur copulativus utriusque conditionis concursus, vel sufficiat alterutrus; Et an dictæ conditiones sint etiam ipsimet primo hæreditatis ita ut sufficiat in eo verificatio per se conclusione substitutionis.

### SUMMARIVM.

- 1 **F** Acti series.
- 2 **V**bi substitutio concepta est sub duplici conditione per copulativam unius de defectu facienda.
- 3 **Q**uid ubi per alternativam.
- 4 **C**onditio uni gradui substitutionis adjecta in altero repetita.
- 5 **Q**uod conditio mortis ab intestato adjecta substitutioni etiam adjecta primo hæredi.
- 6 **P**ro absurdo vitando verba sunt impropria.
- 7 **D**e rationibus, ob quas testatorum dicitur facultatem disponendi, & ordinare substitutionem sub conditione, si ab intestato.

### DISC. CXX.

**H**ac Erina ex altera sorore prædicta in eventum, in quem ista decederet, vel cum istis marientibus quodcumque vel ab intestato, ac nulla facta dispositione inter vivos quam per ultimam voluntatem, instituit Olympiam, cuiusque hæredes & successores nullo e converso substitutionis vinculo hæreditatis. Cum autem dicta Erina obiisset absque ultimo testamento, in quo proprios fratres instituit Olympiam, prætenderet in hæredem suam substitutionis, ac propterea introductus in partibus, hinc pro veritate contestatorum fratrum reorum consultus.

Respondi rationem dubitandi in eo consistere, an illa verba, & ab intestato, id est substitutionis tam inter vivos quam per ultimam voluntatem, convenirent etiam ipsi Erinae primæ necne; Si enim convenirent, indubitate hæretus substitutionis, ad cuius effectum unam ex duabus conditionibus dictam text. in l. si hæredi plures. de condi. & demer. & l. generaliter Cod. de insti. & substi., iurium dispositio indubitate procedit, ut utraque conditio posita est per copulativam cum tunc certum sit utriusque copulativum concursum desiderari, ut fiat locus substitutioni, ut apud *Honded. conf. 58. nu. 29. lib. 1. & cetera* tunc est casus indubitatus, cum alijs per *455. nu. 1.* ac supponitur tanquam ab intestato *Franch., Mantie., & alios, de quibus supra.*

Difficultas etenim cadit, quando conditio posita est per alternativam; Et ratio est etiam isto casu magis communis ac recepta illam resolvi in copulativam, ita ut sufficiat ex eis impleri, ut per *Franch. de inst. 150. nu. 1.* tatur in materia magistralis, ac firmat *Franch., de quibus Eufar. d. 9. 455. nu. 17. & cetera* & hanc semper sequuta est *Rota* apud *Mantie. dec. 247. & 249. quæ*

dec. 16; ne 6. & 7. in Romana fideicommissi de Drusoli-  
nis 12. unij 1654. Cerro, Perusina fideic. 27. Maj 1661.  
& 18. Maj 1665. Verospio, & habetur supra in d. Perusi-  
na disc. 38.

Super dicto autem puncto, à quo dubii resolu-  
tio pendebat, an scilicet dicta utraque conditio  
omnes pariformiter percuteret, tam scilicet filios  
dictæ Erinæ primæ hæredis, quam ipsammet, pro-  
babilius pro omnium comprehensione responden-  
dum censui, cum non ageretur de questione repe-  
titionis, an scilicet conditio adjecta uni gradui sub-  
stitutionis repetita censetur in altero, quo etiam  
casu ubi concurrunt identitas, fortius verò si majori-  
tas rationis, vel concurrat ratio absurdi, multò magis  
si utrumque simul, magis communiter recep-  
tum est pro repetitione respondendum esse ex de-  
ductis per Menoch. conf. 585 n. 6. & 7. Fusar. q. 403. nu.  
10 qu. 449. & 450. Sed ageretur potius de interpre-  
tatione, an scilicet illa verba ab intestato, &c. posita  
post deficientiam filiorum, conveniret etiam ipsi  
hæredi; atque inspecto etiam sensu grammaticali,  
rectè convenire poterant, quasi quod existentia fi-  
liorum vel eorum obitus absque filiis, starent per  
quamdam parentem, ita ut apta essent conjungi  
cum priori conditione sine filiis eidem Erinæ hære-  
di adjecta.

Et nihilominus ubi super hujusmodi intellectu  
aliqua subesseret difficultas, ita ut versaremur in am-  
biguo, adhuc idem respondendum esse credebam,  
tam ratione absurdi aliàs resultantis, quod major  
facultas concessa esset nascituris ignotis minus dile-  
ctis, erga quos nulla ratio affectionis cadere po-  
terat, quam primæ hæredi cognitæ ac dilectæ, ideo-  
que semper capiendus est ille intellectus, per quem  
hoc absurdum evitetur, etiamsi oporteat impro-  
priare verba, multò magis ubi non urget objectum  
proprietas verborum ad text. in l. si viva matre C.  
de bon. matern ubi communiter DD. Gabr. conf. 96.  
num. 15. & sequen. lib. 1. Fusar. qu. 320. num. 45. & 484.  
nu. 24.

Tum clarius, quia urget eadem ac major ratio,  
ob quam testatrix hanc substitutionem sub dicta  
duplici conditione ordinavit; Si enim ex identitate  
vel majoritate rationis datur extensio ut supra,  
multò magis illa attendi debet pro interpretatione  
seu comprehensione, quæ facilius intrat; ideo e-  
nim testatores hujusmodi conditionem obitus abs-  
que testamento vel alia dispositione adicere so-  
lent, ut ita per hujusmodi disponendi facultatem  
gravatis concessam, cessent infidæ, quas substituti,  
gravatis parere possent ad successionem captan-  
dam, quodque ita substituti obsequentes reddan-  
tur erga gravatos, in quorum potestate est bona in  
alios transferre, eosque privare, ut bene post Gabr.  
conf. 99. nu. 10 lib. 2. & alios allegatos Honded. d. conf.  
78. nu. 29. ubi alias ponderat rationes, Fusar. q. 444.  
num. 1.

Itæ autem rationes in hac facti specie magis  
congruebant ipsi primo hæredi, dum agebatur de  
puella innupta facilioribus infidiis subjecta, & quæ  
majoribus indigebat obsequiis pro congrua educa-  
tione & collocatione, & ne aliàs mater tera sub-  
stituta, vel ejus hæredes ad impediendam purifica-  
tionem alterius conditionis, si sine filiis, curassent  
eam perpetuam viduitatem subire.

Ponderando præsertim tres facti circumstan-  
tias, Unam quod testatrix solo testamento conten-  
ta non fuit, sed quamcumque aliam dispositionis  
speciem sub conditione ponere voluit; Alteram,  
quod non solum substituit Olympiam sed etiam

Cardin. Luca de Fideicom.

ejus hæredes & successores quoscumque, sub quo-  
rum nomine etiam extranei veniunt, unde nimis  
improbabile est, quod testatrix nepri cognitæ ac di-  
lectæ auferre voluerit disponendi facultatem da-  
tam nascituris incognitis ac minus dilectis in gra-  
tiam dictorum hæredum extraneorum omnino in-  
cognitorum; Et tertiam quod Olympiæ æqualiter  
instituta nullum adjecit gravamen.

Ideoque mihi videbatur, verum ac germanum  
dictæ testatrix sensum fuisse, ut ita excluderet  
successionem ab intestato aliàs ad favorem patris  
dictæ Erinæ ac respectivè viri sororis defunctæ,  
quem forte ipsa testatrix, vel ratione transitus ad  
secunda vota, vel ex alia causa abhorrebat; verum  
priusquam requirens hujusmodi Responsum obti-  
neret sive in ipso actu accipiendi, supervenit nun-  
cius, quod judex de partibus pro substituta adrice  
pronunciavit, atque ignotum est, an per appellatio-  
nem coram alio iudice causa ulteriorem progres-  
sum habuerit, vel per concordiam sopita sit, dum  
de ipsa non audivi amplius actum.

**AESINA  
SUBSTITUTIONIS**

*Responsum pro veritate ad interrogationem  
utriusque partis.*

An substitutio pupillaris in re certa vim  
habeat directæ, vel potius sit omni  
tempore fideicommissaria,

**SUMMARIVM.**

- 1 **F**allit series.
- 2 **F**allit series. An detur substitutio pupillaris directæ in re certa negativè.
- 3 **F**allit ex conjecturis.
- 4 **E**xpenduntur conjectura & quando substitutio dicatur universalis vel restricta ad bona testatoris.

**DISC. CXXI.**

**P**etrus Tardutijs, unicam habens filiam in pupil-  
lari ætate constitutam, hæredem universalem  
scripsit Thadæum fratrem, dictæ verò filix jure in-  
stitutionis, ac dotationis, & legitimæ, ac aliàs omni  
meliori modo reliquit scut. 4. m. & plus, si dicto  
hæredi ac Joannæ Uxori videretur, dictæque filix  
quandocumque morienti præsertim in pupillari æ-  
tate substituit pleno jure dictum Thadæum hære-  
dem per hæc verba, *E morendo detta mia figlia in  
qualsiuoglia tempo, e particolarmente in età pupillare,  
li sostituisco con piena ragione l' infra scritto mio herede,  
al quale voglio, che intieramente, e senza alcuna detrattio-  
ne vadi e ritorni la detta dote come sopra lasciata;*  
Sequuta igitur morte dictæ filix in pupillari ætate  
superfite dicta Ioanna ejus matre, orta est qua-  
estio, An factus esset casus dictæ substitutioni ad  
favorem Thadæi, vel potius dicta scuta 4. m.  
deberentur Ioannæ tanquam hæredi ab intestato,  
atque desuper pro veritate consultus per utram-  
que partem concorditer, & tanquam per viam ar-  
bitrii, respondi, ut sequitur.

Bb

Pro